

7.2 - investiture beneficiali, sec. XII. - XV. (c. 118 t.o - 119).
ex libro A. Max. Perg:o Archivii Captu. fol.o 60. t:go n.o 4

(- carta 118. tergo)

Mill.o CCC.o VIII. indict. VII. (*sin qui in margine*) die Martis p:o Mensis Julii¹,
 praesentibus D.no Presbyt. Corsio Can.co Tervisino, Gerardo filio D. Bencivegne de Gardelmio
 Mansionario Eccl.ie Ter.e, Francisco filio qu. Bartholomei de lascuolo, et aliis.

Reverendus vir D.nus Bonacursius Decanus Eccl.iae Ter. constituit per anulum, quem tenebat
 in manu presbyt. Petrum filium q. Auliverii de Malzagallo coram eius praesentia constitutum
 suum vicarium in Eccl.a, seu plebe S.cti Andraeae de Cavaxaga ad continuam ibidem in ipsa
 ecclesia residentiam faciendam, et commisit eidem curam, et administrationem animarum
 eccl.e antedictae.

Qui Presbyt. Petrus incontinenti juravit ad S. D. E. et promisit obedientiam, et reverentiam ipsi
 D. Decano recipienti pro se vice, et nomine Capituli, et Canonicorum eccl.iae Terv:ae.

Actum Tarv. sub loza Canonicorum Eccl.iae Tarvisinae. Omissa legalitate.

ex eodem libro fol. 56. t.go n.o 1.

M. CCC.o VIII. 17. Ap.lis indict. VI. die (*sin qui in margine*) Mercurii decimo septimo mensis
 aprilis²,

praesentibus D.D. Nicolao de Caserio, Jacobo iudice de bonomo, Clemente filio Zanellae filii
 Domini Leonardi de Alberto, Anthonio de Padua, et aliis.

Rev.dus Vir D. Bonacursius Decanus eccl.ae Ter. de voluntate, et consensu decretorum virorum
 Dominorum Azonis Calzae Archidiaconi, Magistri Petri, Presbyt. Ambrosii, Belvederi, et Parisii
 Canonicorum eccl.iae Terv. in Capitulo, et tamquam Capitulum more solito ad hoc specialiter
 congregatorum, cum bireto suo, quod tenebat in manu, investivit Presbyt. Gabrielem dictum
 Presbyt. Becarolum de Eccl.ia, seu Beneficio S. Joh. a ripa ad collationem, ut dicebatur, dictorum
 Decani, Cap.li, et Canonicorum Ter. Eccl.iae pleno jure spectante, vacante ad praesens per mortem
 presbyt. Donati ipsius eccl.iae rectoris ad continuam residentiam in ipsa ecclesia faciendam,
 secundum quod ipse presbyt. Donatus antea obtinebat, et commisit de voluntate Capituli, et
 Canonicorum ipsi Presbyt. Gabrieli sibi de bona vita et scientia commendato curam animarum in
 parochiam dictae eccl.iae dans eidem liberam potestatem, ut in spiritualibus et temporalibus
 administret ibidem. et ut praedicta debitum sortiantur effectum, commisit Presbytero Petro de
 Maunico licet absentem, ut ipsum Presbyterum Gabrielem inducat in tenutam, et corporalem
 possessionem, et inductum defendat, contradictores per censuram ecclesiasticam compescendo:
 in cuius rei testimonium praesens instrumentum jussit ipse D.nus Decanus sigillo Capituli ter.
 munimine roborari.

Actum Ter. in Majori Can.ca Ter. in loco, ubi dicitur Capitulum "et ibi dictus Gabriel juravit
 ad S. D. E. et promisit obedientiam dictis dominis Decano, et Capitulo, et Canonicis recipientibus
 pro se et suis successoribus. Actum Tervisii. (Omissa legalitate)

ibi. fol. 57. n.o 2.

Mill.o CCC. VIII. Indict. VII. (*sin qui in margine*) die Martis ul:mo mensis decembris³,
 praesentibus dominis, presbyt. Marco de S. Michaeli, Auliverio de Robegano, Petro filio qu.
 D. Acorti, Federico damicello infrascripti D.ni Abbatis testibus, et aliis, . . .

¹ (*a lato, in margine sinistro*) Investivit Decanus Presbyt.m Petrum de Plebe S. Andraeae de Cavaxaga et
 commisit curam.

² (*come sopra*) Collatio beneficii S. Joh. de Ripa.

³ (*come sopra*) Commissio Curae Populi de Silvarosa per Cap.lum. ad annum.

honorabilis vir D.nus Bonacursius Decanus eccl.iae Terv. pro se, vice et nomine Cap.li, et Canonicorum eccl.iae Terv. investivit Presbyterum Dominicum de Fanzolo de populo eccl.iae S. Andraeae de Sylvarosa vacante ad praesens per mortem Presbyteri Vizii olim rectoris ipsius eccl.iae, dans et concedens pro se, et nomine antedicto ipsi presbyt. Dominico; quod usque ad annum, ipsi populo in ipsa ecclesia celebrare possit divina, et, cum necesse fuerit, ipsi populo ministrare ecclesiastica sacramenta.

Actum terv. in contrà S. Michaelis in domo, quae fuit q. D. Alberti notarii de laclusa.

ibi. fol. 52. t:go n.o 2.

Mill.o CCC.º sexto 10 Febb.o indict. quarta, (*sin qui in margine*) die Jovis decimo intrante mensis Februarii⁴,

praesent. Presbyt. Petro Mansionario Eccl.iae Terv., presbyt. Gerardo Praebendato in ipsa Eccl.ia Terv, Bonacorsio notario, Artico qu. Vendramini de Lanzago, et aliis.

Vacante Eccl.ia S. Michaelis de Melma per mortem Presbyt. Bonacursii, discretus et Reverendus Dom. Bonacursius Decanus eccl.iae Terv., Capitulum. et Can.ci ipsius eccl.iae Ter. volentes ipsi eccl.iae de Rectore, seu Sacerdote utiliter providere, ipse D. Bonacursius Decanus de voluntate, et consensu Canonicorum, et Capituli Eccl.iae Terv., vid. Minorum Magistri Petri de Vincentia, Presbyteri Ambrosii, et Presbyt. Corsii pro se: et vice et nomine D. Azonis Archidiaconi Eccl.iae Terv. in Capitulo, et tamquam Capitulum ad (sic) specialiter congregatis, cum bireto suo, quod habebat in manu, investivit Presbyt. Jacobum Filium q. Vendramini de Lanzanigo de praedicta eccl.ia, seu Beneficio S. Michaelis de Melma sibi de bona vita, et scientia commendato ad continuam residentiam faciendam, secundum quod ipse Presbyter Bonacursius antea obtinebat, et⁵ commisit ipsi Presbytero Jacobo curam animarum de voluntate dictorum Cap.li, et Canonicorum, in parochia dictae Eccl.iae Dans et concedens sibi liberam potestatem, ut in spiritualibus, et temporalibus administret ibidem. Et ut praedicta debitum sorciantur effectum, commisit Gulliello de Brusaporco Mansionario eccl.iae Ter. licet absenti, ut ipsum Presbyt. Jacobum inducat in tenutam, et corporalem possessionem, et inductum defendat, contradictores per censuram ecclesiasticam compescendo.

In cuius rei testimonium praesens instrumentum iussit ipse D. Decanus Sigillo (sic) Cap.li Ter.ni munimine roborari.

Actum Ter. in Majori Can.corum Ter. loco, ubi dicitur Capitulum. (ommissa legalitate)

(*sesto fascicolo - carta 119.*)

ibi. Fol. 53. n.º 2.
In Sancta Bona⁶.

In Xp.i nomine amen. Nos (*sin qui in margine*) Pandulfus Dei gratia ep.s Tarvisinus arbiter, arbitrator, et amicabile componitor electus a presbyt. Nascimbene rectore eccl.iae S. Bonae ex una parte, et Leone clerico nato clementis dicti Peselle clerico dicte eccl.iae ex altera parte in questione vertente inter ipsos super predicta eccl.ia S. Bonae, Redditibus, quartesiis, fructibus, et obvencionibus universis eiusdem, ut in carta compromissi scripta manu garsendonii notarii plene continetur.

Viso instrum.to investiturae dicti Presbyteri Nascimbeni scripto per Theobaldum Belele Not., et quodam instrumento scripto per Vitalem Not., . . .

⁴ (*a lato, in margine sinistro*) Investitura Praebendae S. Michaelis de Melma.

⁵ (*come sopra*) V. c. 138. t.o.

⁶ (*come sopra*) Sententia quaedam de clausura de S. Bona, quod sit rectoris, et quartesia inter Presbyt. et clericum dividantur.

1306. 23. Augusti il Cap.lo donò alla Chiesa di S. Bona certa terra vicina alla Chiesa.

quo continetur quaedam data, et tradicio facta nomine Canonicae Terv. super altare S. Bonae de terra, quae est juxta dictam eccl.iam S. Bonae, ubi modo est clausura ipsius eccl.iae; et viso instrumento investiturae facte Leoni praedicto de parte beneficii vacantis in ipsa eccl.ia per mortem Presbyt. Caminelli olim ipsius eccl.iae clerici scripto per marcum gajotum not., nec non auditis, quae partes coram nobis dicere et proponere voluerunt communicato consilio quamplurimum peritorum, deliberatione enim inter nos habita diligenti, pro bono pacis et concordiae, sedentes pro Tribunali, sententiamus, laudamus, arbitramus, et diffinimus in hunc modum.

Videlicet, quod dictus Presbyt. Nascimbene rector praedictus et successores ipsius integraliter habere debeant, ante omnia clausuram sitam, et situatam juxta ecclesiam S. Bonae praedictae, et medietatem omnium quartesiorum, reddituum, et proventuum dictae eccl.iae spectantium. Insuper oblationes omnes tam pro mortuis quam pro vivis. dictus vero Leo eius successores aliam medietatem quartesiorum omnium dictae eccl.iae integraliter percipere valeat, et habere.

Mandans praedictam sententiam, laudum, arbitrium, et diffinitionem a partibus praedictis firmiter observari per penam in compromisso contentam.

Lata, et pronunciata fuit dicta sententia in Scriptis per D. Ep.um Suprascriptum pro tribunali sedentem, presentibus partibus suprascriptis, et lecta per discretum virum D. Presbyt. Corsum Can.cum Tervis. de licentia dicti d.ni E.pi die martis nono exeunte mensis augusti, praesentibus D.nis Presbyt. Avancio Decano Eccl.iae Aquilejen. et Can.co Terv., Presbyt. Odorico de S. Agnete de Burgo papegli, Marco gajoto, et Nicolao filio Johanis de nulleo notariis, diancesio domicelo d.ni E.pi suprascripti testibus, et aliis.

Anno D.ni MCCC^oVI indict. quarta.

Actum Terv. in e.pali palacio. (ommissa legalitate)

ex Pergamena Archivii Capitul.

Die Veneris, qui est undecimus intrante mense septembri⁷.

Praesentia bonorum hominum. hi sunt Walpertus iudex. Montanarius. Johannes bonus de presbyt. rovario. ...urandus de bucca dura. presbyt. pizolus notarius, et Michael Constantinus. Jordanus, et aliorum plurium.

Ego Comes Manfredus cognoscens de causa, quae vertitur inter Canonicos Tarvisinae ecclesiae. agentem nomine ecclesiae S. Pelagii per advocatum suum Jordanus et alii parte Luciam et bonium maritum suum, visis allegationibus utriusque partis, et liquido cognitis condemno Luciam et bonum. ut restituant rem ipsam unde lis est Canonicis nomine ecclesie S. Pellagii.

Actum in curia Comitis. M. cent. LXX in dict. tertia.

Ego theoldus notarius interfui verbo Suprascripti Comitis et rogatus scripsi et complevi.

ex lib. A. Max. fol. 54. t.go n. 4.

1308. indict. 6. die Martis 3:o Mensis Ap.lis⁸,
praesent. D. Presbyt. Ambrosio Can:co Ter., Presbyt. Mapheo Capellano Abbatis de pyro, Tanaro Mansionario Eccl.ae Terv. et aliis.

Rev: D. Bonacursius Decanus Eccl.ae Ter. commisit Presbyt. Antonio nepoti condam Antonii bec. de Ter. Curam populi eccl.iae S. Joh. de Medulo pertinentis, ut dicitur, pleno jure Cap.lo Terv.no, Et partem Sacerdotalem ipsius eccl.ae, dans ipsi Presbyt. Antonio liberam potestatem, quod populo ipsius eccl.iae celebrare possit divina in eccl.ia praelibata, et cum necesse fuerit, . . .

⁷ (*a lato, in margine sinistro*) 1170. Sententia Manfredi Comitis pro Eccl.ia Tarv. agente nomine eccl.iae S. Pelagii. e' schedis Canon. Antonii Scoti lib. III. c.ta 108.

⁸ (*come sopra*) Commissio Curae Animarum Beneficii de Medulo 1308. 3. Ap.lis

In Synodo Nicolai Franci 1489 praescribitur, quod "nullus curam animarum exercere praesumat, tam in ecclesiis collationi nostrae subiectis quam collationi aliorum a nobis curam accipere debentibus, nisi licentiam in scriptis apparentem habuerit a nobis, vel vicariis nostris sub poena lib. decem parv." etc.

ministrare eccl.a Sacramenta.

Actum Terv. in contrà de Domo sub loza Canonicorum eccl.e Ter.ae. (ommissa legalitate)

ex lib. A. rub. fol. 10. t:go

Eodem M:° (*sin qui in margine*) (1424) et indict. Die Dominico 13. mensis Junii.

Zanus Beseza Nuncius Cap.li eccl.ae Tar:ae juratus retulit, in notario, se de Mandato dicti Cap.li personaliter citasse Presbyt. Petrum dictum Preganzolum, quatenus dicto die post vespers deberet coram dicto Cap.lo comparere.

Eodem Mill.o et (*in margine sin qui*) indict. die XIII. mensis junii⁹. In Sacristia Majori Eccl.iae Tar:ae,

praesentibus D. Pb.ro Amadeo Mansionario, et Ser Andraea de Storga Notario testibus rogatis et aliis.

Cum ad aures et noticiam DD. Can.corum et Cap.li Tarvisini pluries et pluries auditu pervenerit, quod Presby. Petrus de Preganzolo, Rector Eccl.iae S. Xp.nae de super Silerem in obrobrium ordinis clericalis conversationem habuit cum nonnullis laycis, et insensate vadit divulgando per Civitatem Veneciarum, et Civit. Tar., quod ipse est promotus in e.pum, et quod habet annos quinquaginta millia, et multas huiusmodi fatuitates dicens.

Itaque Ven. Vir D.us Joh: Delphino Can.cus Tarv., tamquam major Can.corum tum in Cap.lo congreg:m de voluntate eorumdem admonuit D. Presbyt. Petrum praesentem, et audientem, quatenus, sub pena privationis sui Beneficii S. Xp.nae quam ipso facto incurrat non audeat modo aliquo uti huiusmodi fatuitatibus, et verbis insensatis, quam privationem incurrat prima vice, qua d.to mandato contrafecerit.

(- carta 119. tergo)

Bulla originalis ex Arch. Capit. inter Bullas.¹⁰

Clemens e.pus Ser. Ser.m Dei.

Ven.fr.i Vicentino E.po salutem et ap.licam ben.m.

Dilectis filiis nostris Decano et Cancis Tarvisinis significantibus, intelleximus, q. venerabilis f.r n.r ... eorum ep.s (ad preces felicis recordationis Urb. pp. predecessoris n.ri) quibusdam monialibus, ordinem Camaldolensem professis., locum quemdam extra murum civitatis concessit. in quo ad honorem Dei et memoriam beate Cristine eccl.am fabricarunt. in qua idem Ep.us divina officia sepius celebravit. et per eum eidem loco beneficia plura sunt collata. Ceterum Earum abt.issa de presenti vita subtracta, et a Sororibus ibidem sepulta. Eedem moniales prescriptam eccl.am dextruxerunt et prescripta abt.issa exumata eam infra muros civitatis in eorum parochia sine ipsorum et E.pi diocesani consensu in loco minus idoneo tumularunt. Eccl.am ibidem sicut dicitur erigentes. et non attendentes quod nullus sine illorum et e.pi diocesani assensu. salvis eccl.e Romane privilegiis in eorum parochia debet eccl.am fabricare.

Quia igitur si verum est quod asseritur tante presumptionis audacia non est sine correctione debita reliquenda. F.rnitati tue per apostolica Scripta mandamus. quatenus inquiras super his sollicitus veritatem. et quod a predictis mulieribus temere noveritis esse presumptum auctoritate n.ra cessante appellatione corrigas et emmendes.

Dat. Lateran. XVII. K.de Maii pontificatus n.ri anno se.do.

ex Rotulo Archivi S. Mariae de Battutis extra sign. n.o 1423. (*sopra, corretto 1146.*)

. . . Jura Eccl.ae Meduli et X.marum pert.um Cap.lo: post medium.

⁹ (*a lato, in margine sinistro*) 1424. Monitorium contra Pb.rum Rectorem S. Xp.nae.

¹⁰ (*come sopra*) 1190. 21. Ap.lis. An. 2. Clementis III.

Contra Moniales S. Cristinae, quae ecclesiam erexerant sine licentia Cap.li in Parochia.

Hoc est exemplum (*in margine sin qui*) cuiusdam inst.niti cuius tenor talis est¹¹. . . .

Breve recordationis de pacto quod fuit inter Can.cos Tar., et confratrem eorum Benelinum (*sopra corregge: Bencelinum: (ubique)*)¹² de decimis, quas Can.ca¹³ S. Petri habet in medulo (*sopra, corregge: Mizulo, e richiama la nota 14.*), quas dictus (*cancellato e soprascritto come segue*) idem Beneclinus (*così corretto, scritto sopra un nome cancellato e citando la nota 12.*) acceperat a Can.cis ad terminum, reddendo singulis annis sex sol. Veron. (*sopra, corregge: ¹⁴solidos Veronensium denarior.*) denar. singulis Can.cis¹⁵, quo termino transacto placuit Canonicis, Benclini (*richiama la nota 12.*) rogatu, accipere ab eo viginti duas libras Veron. (*sopra, oltre a richiamare la nota 14., corregge veronensium denar.*) d.ni, et concesserunt sibi easdem decimas in Vita sua ad fictum, ita ut, si canonici ponerentur usque ad vigintiquatuor, debet Bencelinus (*solito richiamo alla 12.*) singulis eorum singulis annis dare sex sol. Veron. den., quorum Summa sunt septem libr. et quatuor sol. per annum. Verum si Can.ci plures, vel minus fuerint quam vigintiquatuor prescriptum fictum nec augeri debet, nec minui. Et ut nullus parentum predicti Beneclini (*richiama la nota 12.*) haberet aliquam occasionem intrandi in eas (*sopra, corregge: introeundi in has¹⁶*) decimas duo brevia recordationis fieri iusserunt, quorum alterum ipsi Canonici tenuerunt, alterum Boneclino¹⁷ dederunt.

Et hoc actum est in ipso claustro Canonice S. Petri,

cunctis Canonicis presentibus, et hoc pactum firmantibus (*sopra, corregge: confirmantibus e richiama la nota 14.*) in festivitate S. Martini:

Anno ab incarnatione D.ni Mill.o centesimo trigesimo quinto indict. terciadecima:

Haec sunt nomina Canonicorum D.nus Vivianus Decanus, Johes Medicus, Adelpertus, Jenannus¹⁸ (*probabilmente, ma è cancellato; soprascrive Scimanus; ma sotto, nel testo, citando la nota 14, scrive* Jenannus, Artuicus, Enceclinus¹⁹, Adam), Artuicus²⁰, buceclinus²¹, Adam., Ubertus, henricus, Scardus, Dominicus, Almericus, Beneclinus (*sopra, corregge: Bencelinus, e cita la nota 12.*), ac Aimo, Johanes, rovarius, Auliverius.

caeteris ommissis

Ego Gregorius filius q. 8.º (?) Ser Francischini de Fossadulti not. civisque incola Tervis. haec suprascripta exempla instrumentorum repertorum in Catastico eccl. ae Cathe. lis de Tarv. prout inveni, ex dicto Catastico de verbo ad verbum nil addens vel minuens preter punctum vel virgulam quod sententiam mutet vel variet intellectum fideliter sumpsi, scripsi, et exemplavi.

ex libro A. rub. fol. 2. Archivi Cap.Iris

Die Vigesimo quarto (*in margine sin qui*) dicti Mensis (Junii 1403.)

. . .

¹¹ (*a lato, in margine sinistro*) 1145. (*corretto in 1135.*) (*la data si completa sotto la nota 15.*) 11. 9. bre. . . . (*sotto il completamento della datazione*) V. eundem in lib. A. Maximo Arch. Cap.Iris pag. 70. variae lectiones sunt.

(*dopo le note 12., 13., 15., 18. e 21.*) Sed autographum reperitur inter rotulos permultos ad Decimas Capituli in Medulo pertinentes Simul adsutos in Archivio Cap.li Caps. XV. (*e segue nota 14.*)

¹² (*come sopra*) Hencelinum (*la nota è richiamata ad ogni comparsa del nome nel testo, e cita la nota 14.*)

¹³ (*come sopra*) Can.ci habent.

¹⁴ (*come sopra*) notatur autographi lectio (*a fine nota 11.*)

¹⁵ (*come sopra*) Can.ci 24.

¹⁶ (*come sopra, e richiamando la nota 14.*)

¹⁷ (*come sopra, e richiamando la nota 12.*)

¹⁸ (*come sopra, di seguito alle note 12. e 13.*) Jenannus (*però nel testo era sovracorrecto Scimanus.*)

¹⁹ (*come sopra, e cita la nota 21.*)

²⁰ scritto sopra un nome illeggibile cancellato.

²¹ (*come sopra e dopo le note 12., 13., e 18.*) Guecelinus, e cita la nota 12. e due volte la nota 14.

Capta fuit pars per supradictos Dominos Decanum, Can.cos, et Cap.lum, quod quaedam columna posita, subtus confessionem in duobus peciis fracta²² donetur R:do in Xp.o Patri et D. D. Lotto e.po Tarvisino.

ibi. fol. 4.

Item Die XXV. mensis junii (*in margine sin qui*) Supradicti (*parola cancellata*) (anni 1412.)²³

Supradicti D.ni Can.ci, et Cap.lum, et ut Capitulum congregati, mandaverunt omnibus et singulis Clericis Beneficiatis in eccl.ia Tarvisina, quod in festo S. Petri de Mense Junii prox. futuri ipsi debeant missas celebrare in dicta eccl.ia, et nullo modo extra eccl.am, et hoc sub poena soldorum XX. pro quolibet contrafaciente Fabricae d.te eccl.ie Tarv. penitus applicanda.

ibi. MCCCCXIII. ind. 6.

die Lunae XXIII. mensis Julii congregato Cap.lo etc.

Item ordinauerunt, quod Magister (*in margine sin qui*) Scholarum non ponat in tabula aliquem sacerdotem existentem gravatum infirmitate²⁴, de qua infirmitate idem Sacerdos teneatur, et debeat infra tres dies fidem facere Cap.lo, seu mag.ro Schol. per medicum vel aliquam aliam Personam ydoneam, alioquin, fide non facta, non excusetur.

²² (*in margine sinistro*) Columna sub S. Liberali e.po concessa. 1403. V. Acta E E E. c.te 1691. c.te 209.

²³ (*come sopra*) 1412. Omnes Beneficiati in die S. Petri celebrent in Eccl.ia Tarv. sub poena lib.1.

N. B. Synodus Viterbiens. Card. P. Oddi 1762. Tit. 3 Cap.V. n. 3. die S.ci Titularis ac praecipui Festi "praecipit ut omnes et singuli qui beneficium vel Praebendam ... obtinent per se vel per alium ... (*termina a fondo del margine, dopo la nota seguente*) Sacerdotem ... in sua Ecclesia celebrent".

²⁴ (*come sopra*) 1413. Aegri minime ponendi in tabula